Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



213
220

Deus qui omnes gloriosos martyres tuos in sua confessione coronasti: prestes nobis ut qui festum eorum celebramus: per eorum intercessionem sempiternam consequamur. Per dominum
Epla Benedicamus domino Gradualis Benedicite domino omnes angeli eius: benedicite omnes virtutes eius: benedicite omnes opera eius domino. Alleluia Laudate pueri dominum laudate nomen domini. V. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum Sequentia Agone diuino Gin machenum
In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant: quaerentes te. At ipse respondens: dixit illi aut. Quae est mater mea: Et qui sunt fratres mei: Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror et mater est Offertorium Anima nostra sicut Secreta Sanctorum tuorum precibus quaesumus domine placatus intende. ut martyribus sanctis tuis devotionem nostre pietatis accepta et salutem. Communio Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater soror et mater est dicit dominus Postcomunio Quos tuis operibus deus ut illius salutaris capiamus effectum. tuis per hec mysteria purgatos accepimus. Per dominum Tractus Sed Studium Os iusti meditabitur sapientiam et eruditionem loquitur mihi de uno confessore. Epla Sigabo dictum Sequentia Os iusti. Alleluia Iustus germinabit Ewan Ecce nos reliquimus Offertorium Posuisti domine Communio Amen dico vobis quod vos qui reliquistis Sancte Margarete virginis officium Loquebar de testimoniis Oratio
Deus qui beatam virginem Margaretam hodierna die ad celos per martyrii palmam venire fecisti concede nobis quesumus. ut eius exemplo sequentes ad te venire mereamur per dominum Lmo: Domine deus omnipotens